Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De egressione Noe [et] Jride ca. xxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

ait q̄ cūcta reperiens inundātia regreſſus ē
ad noe Emiſitq̄ʒ poſt eum colūbā que cū nō
inueniſſet vbi requieſceret pes eiꝰ reuerſa eſt
ad noe Sed nō ne cacumina montiū iā erāt
nudata Forte nondū ſiccata: et ſic in palude
requieſcere non potuit ſicut nec in aqua Vl'
ꝑ recapitulationem prius poteſt intelligi fa
ctum: et poſtea dictū Poſt dies ſeptem iteꝝ
emiſit eā que veſpere rediit ferens ramū oli
ue virentem Poſt alios ſeptem emiſit eā q̄
non eſt vltra reuerſa ad euʒ. Igitur ſexcēteſi
mo p̄mo anno vite noe p̄mo mēſe: prima die
menſis aperuit noe tectū arce: ⁊ vidit q̄ exic
cata eſſet terre ſupficies ſed egrediendi expe
ctabat dn̄i p̄ceptum.

De egreſſione noe et Irie. Ca. XXXV.

Enſe ſecūdo. xx

m vij. die menſis dixit dominus ad
noe Egredere ḋ arca tu ⁊ vxor tua
filij tui et vxores filiorū tuoꝝ. Coniunctim
iubente exire qui diſiunctim intrauerant.
Acſi diceret eis Nūc rediit tempus ꝯplectē
di vt multiplicemini ſup terrā. Mox enim
ſubiūxit. Creſcite et mltiplicamini. Et egreſ
ſus eſt noe cum vniuerſis que erant cum eo
eadem die qua ingreſſus fuerat reuoluto an
no Ingreſſus eſt auteʒ. xvij. luna menſis ſe
cūdi licet habeat alia trāſlatio. xxvij. ⁊ egreſ
ſus ē. xxviij. luna: quia quota ē luna hodie
ſi. xj. addas tota erit eodem die reuoluto an
no. ſi hodie prima: eadem die ſequenti anno
xij. Nec te moueat q̄ dixi egreſſuʒ. xxviij. lu
na cuʒ liber dicat. xxvij. Potuit enim eſſe q̄
veſpera ſeptime dieiʒ. xxvij. lune egreſſus ſit
iam iminente. xxviij. Media vero tempora
quolibet nomie extremoꝝ ſepe nominantur
vt cū dominus crucifixus fuit inter tertiaʒ et
ſextā: q̄dem euāgeliſta dicit hora tertia: alius
ſexta. Vel potius ſc̄m nomia ſeptem dierū: ſi
in tertia feria eſt luna. xxvij. reuoluto āno in
eadem tertia feria erit luna. xxviij. q2 cōpo
tus dieꝝ ꝑ vnam diem deſcendit in martilo
gio. Verbi gratia. Kalēde ianuarij ſunt ī do
minica die. ⁊ luna. vij. reuoluto anno in kalē
dis ianuarij reiterata luna erit. xviij. ſed kalē
de erūt ſecūda feria. Ergo dominica die añ
kalēdas erit luna. xvij. ⁊ ſic a dominica ī do
minicā reuoluto anno non addunt lune ni
ſi decē. ſed a kalendis in kalendas vndecim.
Et edificauit noe altare domino: ⁊ ḋ mūdis
animalibus ſeptimū obtulit domino. Ideo
em̄ iuſſerat dominus ſeptem ſc̄m genus ſuū
induci: vt ſeptimo oblato: ſex ſufficerent ꝓpa
gationi Locū autē quo egreſſi ſunt. armenij
egreſſoriū vocant. Filij vero noe dixerūt thā
non. id eſt. viij. ꝑ numero egreſſorū. Ob hoc
quoq̄ʒ vt quidam tradunt: noe fecit altare de
viij. lapidibꝫ. Et odoratus eſt dominꝰ odo
rem ſuauitatis: ⁊ ait ad noe Non vltra male
dicam omni terre ꝓpter homīes quia proni
ſunt ad malū. Tempus autē ſementis ⁊ meſ
ſis ⁊ frigus ⁊ eſtus: noх ⁊ dies nō requieſcent.
Forte nōdū ita plene diſtincta erāt. iiij. tēpo
ra q2 nec vſq̄ʒ ad diluuiū aque fuerāt collecte
in nubes. Et benedixit eis dominus dicens
Creſcite ⁊ multiplica
mini: et ſit timor ve
ſter ſuper cuncta ani
mātia terre. Hoc di
ctū eſt eis in ſolaciū.

Eſus carniū ante di
luuiū nō erat ſʒ poſt
ſtatim ꝯceſſus eſt

ne pauci homines a pluribus beſtijs oppri
mi timerint. Quaſi de. holera virētia ꝓus de
deram in cibū: nūc trado vobis animātia. ex
cepto q̄ carnem cum ſanguine non comede
tis. id eſt animal ſuffocatū. Et prohibuit eis
deus homicidiū fieri ⁊ quia maxīe timebant
ne dominꝰ iterū aquas diluuij inundaret ſu
per terram. ⁊ noe quotidie orabat ne hoc fie
ret: vt ioſephus refert: pepigit eis deus q̄ vl
tra nō fieret diluuiū
⁊ in ſignū federiʒ hu
ius poſuit arcū ſuū
in nubibꝫ Et ē ſignū

Ne timeant imbres
datꝰ ē ī nubibꝫ obſes

duoꝝ. iudicij ꝑ aquam p̄teriti ne timeatur: ⁊
futuri ꝑ ignem vt expectetur. Inde eſt q̄ du
os habet colores. ceruleū q̄ eſt aqueus: et eſt
exterior q2 preterijt: ⁊ rubeum qui eſt igneus
qui eſt interior quia futurus eſt ignis Et tra
dunt ſancti q̄. xl. annis ante iudicium nō vi
debit arcus. q̄ꝺ etiā naturaliter oſtēdet deſic
cationē aeris iam inceptam.

De ebrietate noe ⁊ maledictione cham.
Ca. XXXVI.

Epit noe exerce

c re terrā ⁊ plantauit vineā: labru
ſtas naturales ꝑ cultū ad vſū vi
nee trahens: bibēſq̄ʒ vinū: ſed ignorans vim
eiꝰ inebriatus eſt. Et dormiens nudatꝰ eſt in
tabernaculo ſuo Nudatio enim femoruʒ ſe
quitur ebrietatem ſicut libido ſacietatē. Sʒ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN